Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

angelus dni qui antecedebat castra isrl. & abit post illos.
elevavit & columna nubis a facie eorum. & stetit post
illos. & intravit inter castra aegyptiorum & israheli
tarum. Haec columna nubis posito quidem di efficit
murus. aegyptiis vero obscuritatem inponit & tenebras.
Non enim tuens festinat columna ignis ad aegyptios
ut videant lucem sed in tenebris permanent. quia dilexer
tenebras magis quam lucem. Et tu ergo si ab aegyptiis
recedas. & de potestate daemonum fugias. uide quan
tis tibi diuinitus praestetur mentis auxilia. uide quantis
adiutoribus uteris. tantum est ut permanetur fortis
in fide. pectore aegyptiorum aequitatis & quadri
garum formido perterreat. nec redeamus contra lege
di moysen & dicas. sicut quidem ex illis dixerunt;
tam quam non essent sepulchra in aegypto tu
eduxisti nos ut in deserto hoc moriamur. Melius
fuerat nos seruire aegyptiis quam mori in deser
to hoc; haec fortiter in temptatione animi uerbis;
sed quis tam beatus est qui sic temptationum pondus
expediat. ut nulla mentis eius cogitatio ambigui
tatis obrepat. uidemus igno illi ecclesiae funda
mento & petrae solidissimae super quam xpus fun
dauit ecclesiam. qui dicat adno; modice inquit
fidei quare dubitasti. Verumtamen quia dicunt
melius fuerit nos seruire aegyptiis quam mori in
heremo.